



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118448

§. 85. Gallorum res in Italia inclinatae.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

Protestantes, præter quinquaginta Con-
 filiarios, quorum viginti sex Catholici, Sæcul. XV.
A.C. 1495.
 viginti quatuor vero Protestantes sunt.
 Judex, qui Princeps aliquis seu Comes,
 seu Baro esse debet, nec non quatuor
 Præsides, quorum duo Sagi, ceteri to-
 gæ dotibus eminentes sint, ab Impera-
 tore nominantur. Hodierno autem tem-
 pore horum Ministrorum numerus decre-
 vit, solusque Elector Trevirensis, utpo-
 te Spirensis Episcopus, hujus tribunalis
 Judex salutatur, nec plures quam duo
 Præsides, unus Catholicus, alter Pro-
 testans, & quindecim Consilarii, octo
 Catholici, & septem Protestantes nume-
 rantur.

§. LXXXV.

Gallorum res in Italia inclinatae.

Interim continuo in Italia tumultus fer-
 vebant, & Gallorum res de die in diem
 semper magis pessumibant; Neapolitani
 enim seditione mota Ferdinandum in sua
 Metropoli receperunt, Papa etiam tan- Guic. lib. 3.
Belc. lib. 7.
 topere Gallis indignabatur, ut Genuen-
 sibus, ne ulli Franciæ Regis navigio
 transitum concederent, interdiceret;
 Veneti quoque, cum rebus suis hoc bel-
 lum sat propitium esset, diffidia fovere
 satagebant, quibus accessit Ludovici
 Sfortiæ Mediolanensium Ducis perfidia,
 &

Sæcul. XV.
A.C. 1496.

& Caroli Regis negligentia, qua in Gallias redux feliciter parta segnius tuebatur; verbo, cuncta ista Gallorum rebus in Neapolis regno extremum præfagebant exitium; His nec immerito subiungi potest summa Brissoneti Cardinalis avaritia, qui pro suo arbitrio totam Regis aulam moderabatur, continuoque moras necebat, forte, ut summi Pontificis, quocum clandestinam consiliorum communicationem habere credebatur, gratiam aucuparetur, aut certius, ut commodis suis tam in Francia, quam in Italia melius consulere. Denique ipsi met Galli ad interitum suum ultimam admovebant manum; corruptis enim eorum moribus, atque in rebus gerendis imprudentia adeo prostrata est illorum gloria, ut demum toto Neapolis regno pelterentur, & Albinus Mompenserio Puteolis defuncto, ut mox memorabimus, exercitus reliquias in Gallias reducere compelleretur; hæc omnia Guicciardinus, Belcarius & Comminæus fuso calamo describunt.

§. LXXXVI.

*Rex Angliæ fœderi Principum Italiæ
adversus Gallos adscriptus.*

Burch. MS.
arch. Vat.
fig. n. 104. l. 2.

Cum vero eo tempore Gallorum res necdum penitus corruissent, atque Pontifi-